



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

II. De Auaritia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

proximo exoritur. v. gr. si secretum graue referetur: aut si cum proprio damno copulatur, v. g. dum Theologiae ignarus, velis res fidei difficillimas cognoscere cum periculo de rebus certissimis dubitandi.

17. *Ambitionem etolue.* Est appetitus inordinatus dignitatum & honorum. Ex genere veniale tantum, ex circumstantia externa mortale delictum, cum appetis dignitatem seu ad damna Reipublicae, seu ad profusorem delinquendi licentiam.

18. *Quidnam denique de Praesumptione dicendum?* Est appetitus ostendendi se illustrem per opera grandia supra propriam vim. Delinquis mortaliter, si cum graui aliorum periculo praesumis, v. g. si artis medicae ignarus aegrotos curandos assumeres: aut ignorans iura, causas susciperes patrocinandas: aut Theologiam moralem non callens, te audiendis confessionibus exponeres: aut imperitus suggestum concionaturus ascenderes.

## CAPVT II.

### De Auaritia.

19. *Quidnam est Auaritia?* Inordinatus diuitiarum amor. §. 1. Inordinatus quidem amor culpabilis est; non ordinatus, siue ad rectum finem directus. Certè in optandis diuitiis inordinatio nisi coniuncta sit cum iniustitia retinendi, vel auferendi alienum domino inuito: vel cum duritia non subueniendi egeno grauiter inopia laboranti, solummodo venialis est culpa. Secus si aliquod praecceptum violaueris nimio diuitiarum affectu, v. g. si Sacrum diem non obserues.

Auari-  
tia.

20. *Auaritia prolem enumera.* Septem sunt filiae eius, Animi inquietudo, Violentia, Fallacia, Periurium, Fraus, Proditio, & Obduratio cordis. §. 2. De septem auaritiae filiabus.

21. *Animi inquietudinem expende.* Nimia est sollicitudo, vt diuitiae acquirantur, saepe de iis etiam extra tempus cogitando. Si huiusmodi sollicitudo te à legis custodia repellit, in re graui, graue admisisti delictum: si autem legem leuiter transgrediaris, peccato subiaces veniali.

22. *Violentia quid?* Vim alicui inferre, ad diuitiarum acquisitionem. Si iniuria sit grauis, graue quidem peccatum est; leuis autem iniuria veniali culpa foedat conscientiam.

23. *Dic de Fallacia.* Est verbis mendacibus fraudem agere, ad



284 *Moralis Theologia Tract. II. Peccata,*  
ad acquirenda bona. Ex graui fallacia grauis culpa resultat;  
leuis autem de leui deceptio.

24. *Periurium quid?* Est addere mendacio iuramentum.  
Nunquam non periurium grauissimum delictum est, de quo  
supra.

25. *Fraudem expone.* Est reipsa aliquid per dolum auferre.  
Si vendidit quis pluris iusto pretio, aut minoris emerit, inter-  
ueniente fraude, grauiter aut leuiter delinquit iuxta materiae  
quantitatem: si vendidit vnā rem pro alia, aut ignorans  
vendente accepit: si nummum adulterinum alteri obrulsit,  
etiam si ipsemet ab alio bona fide recepisset, fraus proculdubio  
grauis aut leuis iuxta materiam reputatur.

26. *Quid est Proditio?* Alium ob pecuniam in discrimen  
adducere, siue aliis laedendum offerre, vel iniuste accusare.  
Vbi equidem similiter grauis aut leuis culpa materiae sequitur  
grauitatem, aut leuitatem.

27. *Quidnam denique cordis obduratio?* Durum sese ob pecuniae  
amorem erga egenos ostendere. Num pauperibus  
compassus fueris? Num eos obiurgaueris? Num ab aliis dure  
exegeris debita, cum non essent soluendo? Alibi de eleemosynae  
obligatione periculum fiet.

28. *Quodnam vitium auaritia opponitur?* Prodigalitas, cuius  
affectu assolet quis bona inutiliter lusibus, ac computationibus  
consumere, parentum diuitias male expendere.

---

### CAPVT III.

#### *De Luxuria.*

§.1.  
*Luxuria.*

29. *Quidnam Luxuria nomen significat?* Proprie lauitiam  
conuiuiorum, & in vestibus mollitudinem:  
seu herbarum ubertatem, feracitatemque arborum ex gleba,  
terrarumque pinguedine: siue animantium lasciuam, qua  
tripudiant pecudes propter alimenti abundantiam. In praesenti  
sumitur pro appetitu, seu actu libidinosae voluptatis  
humanae.

§.2.  
*Filia Luxuria.*

30. *Quotnam Luxuriae filiae?* Octo, scilicet, Caecitas mentis,  
Praecipitatio, Inconsideratio, Inconstancia, Amor sui,  
Odium Dei, Amor huius mundi, & Horror futuri seculi.

*otio.*

31. *De mentis caecitate differe.* Caecitas mentis adest, cum  
quis adeo addictus est turpitudini, ut mens de caelestibus  
minime cogitet.

32. *Practi.*